

Heinrich Rahn

**Programma Quo Rector Universitatis Rostochiensis Henricus Rahne/ I.D. & Prof.
ad funus, Quod Eximiae spei adolscenti Alberto Lindemanno, hodie ad horam
primam parabunt Maestißimi Parentes; Omnes omnium ordinum cives
Academicos amanter invitat**

Rostochii: Kilius, 1646

<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn770672426>

Druck Freier  Zugang



Rahne, H.
in
A. Lindemann.

Rostock. 1646.

27

PROGRAMMA
Quo
RECTOR
UNIVERSITATIS ROSTOCHIENSIS
HENRICVS *Rabue*/J.D.
& Prof.

ad funus,
Quod
Eximia spei adolescenti
ALBERTO LIN-
DEMANNO,

hodie ad horam
primam
parabunt
Maximissimi Parentes;
Omnes omnium ordinum ciues Academicos
amanter inuisat.



ROSTOCHII,
Typis NICOLAI KILII, Academia Typographi.
ANNO M. DC. XLVI.

PROGRAMMA

REGTOR

UNIVERSITATIS ROSTOCKENSIS

HENRICVS SAGNVS D.D.

& PRO

ALMA

MATR

EXAMINANDI

ALBERTOLIN-

DEMANNI

PHYSICAE

ARTIS

PHYSICAE

PHYSICAE

PHYSICAE

PHYSICAE

PHYSICAE

PHYSICAE



Ta agitur cum rebus humanis, ut longævum sit aliquid, nihil æternum. Hominem & humana eadem pereundi necessitas constringit. Omnia mortalium opera mortalitate damnata sunt. Quot millia omnibus momentis nascuntur, quot moriuntur! Non magis profecto idem nos aer, quàm eadem involvit Necessitas, cujus Deæ colus ex adamante exhibetur apud divinum Platonem:

— *cujus cursus a versi impetum
Voluerunt multi effugere,*

nemo potuit: quæ cum lex temporis sit, omnique arte efficacior, omni ratione fortior, nec rationes humanas nec leges ullas admittit. Absunt quippe omnia in hunc nascendi & pereundi gyrum. Neque ex censu aut annorum numero hic citamur. Senum juvenumq; fata juxta voluntur, & cum plus vivere nequeas, hæc tua senectus est. Nec refert quando debitum suum naturæ solvamus, quod quandoque solvendum est. Alium alio tempore fata comprehendunt, neminem prætereunt. Verè Sapientiæ ille parens Seneca: alium in medio cursu vita deserit, alium in ipso aditu relinquit, alium in extrema

)? (2

senec-

senectute fatigatum jam & exire cupientem vix
emittit: alio quidem atque alio tempore, omnes
tamen in eundem locum tendimus. Sed brevior
vita plerumq; beatior est. Quem diligunt Dii, is
moritur juvenis: quia omne futurum incertum
est, & ad deteriora certius.

*Hac data pena diu viventibus, ut renovata
Semper clade domus, multis in luctibus, inque
Perpetuo marore & nigra in veste senescant.
Longa dies Priamo quid conculit? omnia vidit
Eversa, & flammis Asiam ferroque cadentem,
Si foret exstinctus diverso tempore, quo jam
Ceperat audaces Paris adificare carinas,
Incolumi Troja, patrias venisset ad umbras.*

Si Cn. Pompejum, Romani decus imperii, Nea-
poli valetudo abstulisset, in alieni percussoris
arbitrium non devenisset. Revocate in me-
moriâ avos ac parentes nostros, qui viam
hanc, quam nobis quoque serius vel ocius in-
grediendum est, vel ante proximos triginta aut
amplius annos confecerunt; quas clades & ca-
lamitates, quot mala seculi, quæ vel sensimus
aut adhuc timemus, ex eo tempore effugerunt.
Horret animus, & luctu refugit, quoties lacry-
mabilem Reipublicæ conditionem, & ista secu-
li ac militiae flagitia intueri necesse est. Ubique
doloris, ubique indignationis ac querelarum
argumenta sunt. Sed cui non dictus Hylas?
Nos

Nos igitur animo reputemus, quam bene voluerit DEUS ALBERTO LINDEMANNO adolescenti optimo, quem ex hac non dicam hominum, sed furiarum colluvie, morte prorsus tempestiva ad vitam meliorem & inconcussam tranquillitatem evocavit? Nunc stylo condemus, quæ exponenda de Nostro, pro consuetudine recepta sunt. Ut quoniam ipse nobiscum esse amplius haud potest, memoria tamen ejus maneat, & morum duret exemplum. Natus est in hac urbe Anno clō CXXIX. Patre Excellentissimo atque Amplissimo Viro Dn. THOMA LINDEMANNO U. J. D. & Professore quondam itemque Civitatis hujus Syndico longe meritissimo; matre præstantissima femina ELISABETA HAHNIA, Excellentissimi ac Consultissimi viri Dn. ADOLPHI FRIDERICI von H A G E N U. J. D. hodie conjuge amantissima. Avum paternum habuit, HENRICUM LINDEMANNUM Virum integerrimum, civem olim apud Hervordienfes in Westphalia honestissimum; aviam paternam ANNAM KIRCHOVIAM feminam antiquæ fidei & virtutis. Avum maternum BERNHARDUM HAHNIUM, Civem hujus urbis quondam primarium; Aviam maternam ELISABETAM CLINGIAM, feminam etiam omnibus animi

& fortunæ dotibus illustrēm. Proavum matrē-
num Dn. BARTHOLOMÆUM CLINGEN, in-
gentium meritorum & summæ famæ Jctum, A-
cademiæ nostræ Professore & Consiliarium
Mecklenburgensem, dum in vivis erat, gravissi-
mum, bonoque publico natum. A puero us-
queliteris diligentissimè imbutus est in ædibus
primum maternis, deinde (ex consilio Dn. Vi-
trici & Domin. Tutorum) Fratris, viri Reveren-
di & clarissimi Dn. JOACHIMI LINDEMAN-
NI, ad D. Petri Diaconi de Ecclesia hodie be-
ne merentis. Quo domestico inspectore & rege
adolescentiæ ea, quæ ad summa quæque adoles-
centem formare & promovere possunt, ita tra-
ctavit, ut, raro certè exemplo, freno potius inhi-
bendus, quàm calcaribus urgendus erat. Præte-
rea pietatem & modestiam, quæ radix & alitrix
est virtutis & omnis bonæ famæ, sic coluit; ut sibi
ipsi certamen indixisse videretur.

Ec quid imbellem feroces

Progenerant Aquila columbam?

Non debebat; sed tamen solet interdum fieri, ut
sint HEROUM FILII OPPROBRIA. At No-
ster tamen (heu olim!) LINDEMANNUS Pa-
rentum avorumque vestigiis nunquam satis de-
prædicandis adeo feliciter hactenus institerat, ut
summa & optima quæque nobis de ipso pollice-
remur

remur. Et cum studia ipsius primaria animi & voti destinatione fuissent Theologica, sperassemus equidem fore, ut hoc studiorum genere Ecclesiæ Christianæ, sibi & suis potissimum & quasi ex professo aliquando commodaret. Nec frustrata nos spes fuisset, nec sefellisset opinio, nisi mors iudicio & existimatione nostrâ maturior & spem reddidisset inanem, & vota irrita. Enim vero vigesima quarta Aprilis malè habere & morbillis juventuti nostræ maximè infestis affligi cepit. Quibus ferme jam superatis ad invalidum ante atque caussarium corpus vexandum etiam dolores laterum accesserunt, qui vires immane quantum deminuerunt. Ac quamvis in tempore quidem Vir Excellentissimus atque Experientissimus DN. JOACHIMUS STOCKMANNUS. M. D. & Professor celeberrimus, Collega noster plurimum colendus, summa diligentia studioque violentiæ morbi reniteretur: frustra tamen fuit: cum jam supremis propius propiusque admoveretur. Insigne pietatis specimen cum omni, quod nobiscum vixit, tempore edidit: tum isto cum maxime, quo morbum suum magis ac magis ingravescere sentiret. Intelligens enim senes ante oculos, juvenes à tergo mortem habere: nec minus timendum esse hostem, qui retro & à tergo, quàm qui à fronte adoriatur: per-

pænitentiam suam spe longioris vitæ differre noluit: sed viatico corporis ac sanguinis Domini ad iter, quod ingressurus erat ultimum sese instrui voluit. Quo assumpto die V Maji inter medias assistentium preces & lacrymas post decimam placidè ex hac vita exiit, cum vixisset annos XVII. Have, have, ALBERTE, anima beatissima, & æternum vale. Neseo ordine, quo DEUS & natura jusserit, sequemur. Interea gratam tui memoriam, quod possumus, & desiderium damno tam flebili dignum nunquam non fovebimus.

Vos vero, CIVES ACADEMICI, agite & deductioni funeris frequentes interesse, vestramque hoc modo erga demortuum adolescentem & nobilissimam familiam declarate benivolentiam. Inter eundem unà cogitate illud sapientis: **NON UT DIU VIVAMUS CURANDUM EST, SED UT SATIS.** P. P. Rostochii sub sigillo Universitatis, die VIII. Maji.

ANNO clō Ibc XLVI.

Conventus fiet hora prima in

Edē Jacobæ.

••(o)••



remur. Et cum studia ipsius primari
ti destinatione fuissent Theologica
equidem fore, ut hoc studiorum ge
Christiana, sibi & suis potissimum &
fello aliquando commodaret. Nec
spes fuisset, nec sefellisset opinio, n
cio & existimatione nostrâ matu
reddidisset inanem, & vota irrita. I
gesima quarta Aprilis malè habere
juventuti nostrâ maximè infestis
Quibus ferme jam superatis ad in
te atque caussarium corpus vexat
dolores laterum accesserunt, qui v
quantum deminuerunt. Ac quamv
quidem Vir Excellentissimus atque
simus DN. JOACHIMUS STON
NUS. M. D. & Professor celeberrim
noster plurimum colendus, summi
Studioque violentiæ morbi reniter
tamen fuit: cum jam supremis prop
que admoveretur. Insigne pietat
cum omni, quod nobiscum vixit, t
dit: tum isto cum maxime, quo mor
magis ac magis ingravescere sentiret
enim senes ante oculos, juvenes à te
habere: nec minus timendum esse h
retro & à tergo, quàm qui à front

